

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Quòd religiosus in cunctis bonum exemplum præbeat. Cap. xxix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Si literatus es, tractatio aliquorum sacrae Scripturae locorum, non te prætereat, ita tamen ut non curiositatem, sed devotionem, sed profectum, sed amoris ardorem exquiras. Tadē ea omnia in tuis colloquiis tractare poteris, quæ te ad virtutem moueant, & audientes, ac ex tuo ore pendentes, adficent.

Iusti. lib.
de disp.
& perf.
monast.
conver.
15.

Psal. 80.

Psal. 118.

Ambr. in
psal. 36.

Deut. 6.

1. Cor. 1.
Ioan. 1.

Psal. 118.

Viros religiosos, & spirituales, has & similes res debere in suis colloquiis frequenter tractare. Beatus Laurētius Iustinian⁹ his penē verbis monet. Studeat ergo Christi serui, cūm in vnum congregātur, & in uicem reperiuntur, semper de rebus necessariis, vel de animæ profectibus habere sermonem. Maximam namque & indeficientem loquendi materiam inuenient, si de miseria præsentis vitæ, de periculis huius peregrinationis, de variis tentationum generibus, de Diaboli fraudibus, & de vitorū deformitate, de virtutum ornamenti, & meritis, de mortis ineuctibili necessitate, de pœnis inferni, de regno Dei, & præmio Paradisi, frequētius verò de Dei ineffabilis charitate, humano generi per Christū, & in Christo exhibita. De huiusmodi autē tā pro Dei amore, & dilectione, quam pro audiētiam adficatione, & suimet profectu, Dei serui tractare nō desinat, spiritualibus spiritualia propinat. Dent verò vnicuique proprium verbi pabulum iuxta personarum qualitatem, & temporu. Nemo autem de ignorantia excusat se valer, cūm Dominus per Prophetā dicat: Aperi os tuum, & implebo illud.] Quod patēter in se David completū fuisse testatur, cū dicit, Os meū aperui, & atraxi spiritum.] Non enim tam composita verba, & humanae sc̄ientiae eloquētia ornata, quam ignita, & puto prolatā corde approbat Dominus.] Qui autē hæc attētē perlegerit, manifestè cognoscet, quam miseri sunt homines, qui his sublimibus rebus spretis séper loquuntur de cibo, & potu, de corporalibus commodis, de lucris, de dignitatu acquisitione, & de aliis peioribus in quibus suum affectum collocarūt. Hi namque similes sunt illis, qui cūm possent suaves, & pretiosos cibos edere, amaros, & veneno infectos præligunt, quibus sc̄ipios interimāt. Intelliget etiā, quam reprehēsibiles, & damnabiles sunt religiosi, qui quæ iam euomuerūt, & vt vilia contempserunt, semper ore volunt, & ea iterum masticantes, & proloquētes, se nō mundi contēptores, sed amatores ostēdūt. Et quemadmodū mendici re nihil habēt, sed desiderio omnia possidēt, & nihil est eorum corde insatiabilis, ita isti professione à mundo elōgati sunt, verbis autē, & desideriis, & animi distractionibus plus sunt, quam sacerdotes mundo submersi. Nos si ad perfectionem venire cupimus, fugiamus hāc pestem, & statu ac professione facti cœlestes, semper cœlestia & diuina tractem⁹. Et vt huic docimēto verba Ambroſij finem imponant, sit nobis semper in corde, & in ore meditatio sapientia, & lingua nostra loquatur iudicium, lex Dei in corde nostro sit. Ideo nobis dicit scriptura: Loqueris in illis, sedés in domo tua, ambulans in via, dormitans, resurgens. Loquamur ergo dominum Iesum, quia ipse est sapiētia, ipse est verbum, & verbum Dei. Ipsum spirat, qui sermones eius resonat, & verba meditatur. Ipsum séper loquamus, cūm de sapiētia loquimur, ipse est, cūm de virtute loquimur, ipse est, cū de iustitia loquimur, ipse est, cū de pace loquimur, ipse est, cūm de veritate, & vita, & redēptione loquimur, ipse est.] Ista verba loquamus, quorum dulcedine capti dicemus: Quād dolcia fauic⁹ meis eloquia tua super mel ori meo.] Verē mel superat, quæ omne mundi suavitatē exceedit. Mel superant, quæ Christū veram dulcedinē ad nos aducat, quæ amore virtutis excitat, & nos perfectionis amatores, & virtutum seftatores ostēdunt.

Quod religiosus in cunctis bonum exemplum præbeat.

C A P V T XXIX.

Non sufficit bonum loqui, sed bonum facere necesse est. Imò ideo bona loquimur, aut quia bona facimus, vel vt illi, qui nos audiunt, & nos etiam simul cum illis bona faciamus. Qui enī bona loquitur, sed bonū non facit, similis est arbori sterili, qua frondibus arboris fructuosa se vestit. Nam verba folia sunt, & verba bona, folia arboris bona, quæ fructus bonorū operum ferre solet: his verò foliis arbor infructuosa se dissimilat, dum homo bene loquitur, & fructus bonorum operum ferre non curat. Qui ergo ad perfectionem asequendam bonum loquimur, bonum etiam opemur, & qui sanctis sermonibus nosmet ipsos, & alios audientes erudimus, bonum quoque illis exemplum præbeamus. Id nobis maxime curat, vt fratres nostri nihil in nobis videant aut nihil de nobis audiant, quod ipsos offendat, aut quod videntes, vel audientes non ad virtutis imitationem accendant. Ut illa nobis, & licita, imò & aliquatenus necessaria interdum rescindenda sunt, & cum aliqua incommodeitate in victu, in vestitu, in ministerio, in habitatione viuentum, ne pusillus scandalizetur, & nostra imitationis prætextu, eo, quod nobis quidem necessarium esset, sed illi superfluum est, vestiatur.

Co Paul. 1. Cor. 6.

Quo spiritu abundabat Paulus cūm dicebat: Omnia mihi licent, sed non omnia expedient. Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.] Nam quadam nobis secundūm diuinam vel humanā legem aut secundūm regulam nobis licita, & cōcessa sunt, que tamen nec nobis, nec aliis expediunt. Non quidē nobis, quia eorum admissione, fratribus pusillis suspectos nos facimus, & non bonum exemplum præbeamus, nec etiam illis, quia exemplo nostrō edicti qua nobis licita essent, illis, autē illicita sunt, audent, vt adolescēs verbū gratia, robustus, & firmus, more senis, & infirmi vult viuere, & minores, aut in cipientes sanctam perfectionem, libertatem gestiūt imitari. Ab his nobis licitis, sed nec nobis, nec aliis expedientibus abstinere debemus, ne fratribus scandalo simus, & sub inani suspicionum, & temerariorum iudiciorum potestate redigamur. Alio verò loco idēt̄ Beatus Apostolus, ad idem clariū & manifestius hottat dicens: Omnia mihi licent, sed nō omnia edificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius.] Quasi non omnia nobis licita, sed omnia dumtaxat alios adfificantia admittenda sint, vt ad Christi imitationem nō nobis p̄p̄s placeamus, nec quod nobis delectabile est, sed quod aliis est utilis, & proficuum queramus. Videat itaque seruus Dei perfectionis cupidus, præsertim si non solus, sed in fratribus congregatione viuat, ne propriam consolationem, aut utilitatem regulam suorum operū faciat, sed aliorum in omnibus (quo ad fieri poterit) adficationē querat. Alioquin & seipsum turbabit, & internam tranquillitatem ad seftandam vitā spiritualē summe necessariā amitteret, & alios, quibus vt spiritualis vir deberet proficere, malis exēplis offendat. Indiget forsitan cultiori cibo ob corporis nō nullā imbecillitatem, sed nō ita manifeste, vt omnes aduertant, ac ideo scandalo est fratribus illa exquisita lauitatis, relinquat illū cibum dicens cū Paulo. Si esca scandalizat fratrem meum, nō manducabo carnē in ēternū, ne fratre meum scandalizem.] Indiget nōnulla remissione, quo tempore alij laborat, illā in cōmodiorem opportunitatē differat, & cū aliis labore prout potuerit, ne sua illos minus prudēti vacatione

1. Cor. 10.

E

1. Cor. 8.

contrist et.

contristet. Vell orate, aut meditari, aut legere, cum omnes fratres aliquod munus publicum obeūt, ut cùm exempli gratia peccatorum confessiones excepiant, voluntatem suam abnegēt, & illis se socium, comitem, & adiutorem prebeat, ne ipsi sub onere relieti forsitan obmurmurent. Nam bona, & necessaria interdum omittenda sunt, ut meliora, aut magis necessaria faciamus, & in omnibus nos adificationis ac boni exempli amatores commōnemus.

Si autem bona hac regula metienda sunt, & iusta præstanda, ut neminem lèdat, & vniuersos adiūcet, quanto diligentius sunt mala boni exempli causa vitia? Profecto qui vel hoc de causa mala & imperfectiones non cauet, & apud alios, quantum sibi possibile fuerit, sine reprehensione non vivit, reus non tantum suorum peccatorum, sed & eorum, qui ipsum imitantur, efficitur. Sicut enim qui alios ad furandum invitat, si illi, quod abstulerunt, non reddant, non tantum quod ipse surripuit, sed quod comites rapuerunt, iure restituenter, qui malo exemplo suo ad detrahendū, ad frangendum silentium, ad minus promptam obedientiam, vel ad quid simile allicit, se suo peccato, & aliorum etiam peccatis astringit. Hunc etiam Bernardus, Domini hostem, & persecutorem appellat. Vereor, inquit, dilectissimi, ne quis forte sit, & in nobis Domini persecutor, quia manifesta docuit ratio, impedit salutem, esse per se qui Salvatorem. Quas ego de salute animæ meæ fratri illi gratias agere possum, qui mihi propinat detractionis fratren venenum? Merito detractores Deo odibiles describuntur, tamquam persecutores. Quid & is, qui exemplo suo ad remissum agendum ceteros prouocat, aut singularitate turbat, aut inquietat curiositatē, aut impatiens sua, & murmuratione molestat, aut quo cumque modo contristat spiritum Dei, qui in eis est, scandalizans vinum de minimis istis credibitis in eum? Nonne & hic manifeste persequitur Christū? Ut ergo persecutor & non men & crimen lögè sit semper à nobis, obsecro vos dilectissimi, benignos semper & mites exhibeamus, nos iniucicem supportantes omni patientia, & ad id quod melius & perfectius est alterutru prouocates:]

Bern. ser.
1. de con-
ser. D.
Pauli.

Rom. I.

2. Mach.

Dionys. li.
1. de vita
et fine so-
lisarij. ar-
6.

Hoc curauit Eleazarus vñus de primoribus Ieroſolymæ, & ita ratione ora se ad idololatriā excitauit & oclusit. Non enim etati nostra dignum est, inquit, fingere: vt multi adolescentium arbitrantes Eleazarum nonaginta annoru transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationē, & propter modum corruptibilis vitæ tempus, decipiatur:] O mirabile virum, qui primò ne Deum offendit, & diuinam legem træsideretur, deinde ne alios post se ad malū traheret, & sui flagitiū imitatores efficeret, in quo se Dei hostem ostenderet, à crimine prohibita maledictionis abstinuit. Sequamus & nos virū istū, & pro nostra possibilitate, ne creatorem offendamus, & ne fratribus nostris scandalisim, omnia peccata vitemus. In malis fugiendis, & in bonis admittendis, sicut hic beatus vir, tum gloriam Dei nostri, tū proximorum adificationē quāramus, ut & ignominia, quā ipse euasit, abiiciamus, & verissima gloria tū in hac tū in alia vita cumulemur. Felix enim anima, vt inquit Dionys. Richelius, quæ in cōgregatione bene versando, multorum est gaudiū, atque confratribus sanctitatis exemplum, cuius humilitas alterius cōfūdit superbiā, cuius patientia consolati extinguit futorem, cuius mititas proximi iracundiam superat, cuius feruor inertiam alieni te poris exsuscitat, quæ fratrem suum turbatum, atque tentatum, mœstum itemque & afflictum, adificare consolarique nouit.] Quæcumq; verò sit periculum eorum, qui bonis exc-

A plis aliis prælucere non satagunt statim explicat, dicas: At verò vñū quoque certum est, quod Eusebius ille Emissenus vel potius Eucherius Lugdunensis factetur, nimirumque horrendum existit, & itē incellatur pensandum: Quod nū in clauſtro noſtras quotidie circumcidamus & reſecemus paſſiones, mīlto utique hūc deteriores efficiamur, quām in ſeculo viuentes exitimus, ſic ut noſtra poſteriora prioribus, ſit peiora. Heu quare negligimus cur vocationē noſtrā non ſemper aſpiciamus? Quamobrē velut tuci, & tamquam ſi omnium euafilium laqueos periculorū, viuiimus, magis verò dormimus, atque repeſcim⁹. Hæc, omnia ſanctus hic pater. Quibus certe ſatis oſtēdit præpoſta exempla eſſe plena periculis, bona verò, & aliis magnam utilitatem afferre, & nobis immortalem gloriam comparare. Nam ſi malis exemplis fratribus noſtri nocemus, ſicut ecclē ſulamina intorquē, eorum animas prauitate noſtrarum actionum extinguiſimus. Sic enim interpretatur Gregorius illud Iob. Ignaſ Dei cecidit ē celo, & tactas oues, puerofisque cōſumpta.] Si autē exempla ſanctorum oneſtū eos ad bonum incitamus, optimè nobis cogruit illud Pauli: quia Christi bonus odor ſumus Deo, in iis, qui ſalvi fiunt, & in iis qui pereunt: alii quidem odor mortis in mortem, alii autem odor vita in vitam.] Nam huc radij foliis ipſi boni ceram liquefaciunt, & lutum obdurant, ita boni exempli odor bonus atque ſuauiſ bonos ad bonum instigat, & malos ſua ipſorum culpa ad bonum non iuuat.

B. Omnibus quidem vñis ſanctis ſolemne fuit, ſeipſos veluti ſpecula aliorum hominū facere, in quib; ſuas maculas videāt, & ſemper ſuā vitā ſanctis operibus plenam, in virtutis exemplum aliis hominibus exhibere. Spiritus enim ſanctus dicit illis per os Pauli Prouideſtes bona nō tantum coram Deo, ſed etiā coram omnibus hominibus.] Quare non putat, ſe virtutiſ ſatisfacere, ſi ita viuant, ut Deo placeat, niſt etiā aliis fratribus ſuis vita exemplo proficiant. Nā ſicut viti nobiles nō tātū regi, ſed etiam omnibus ciuitibus volunt in cultu, in vefib⁹, in ſeruis, in comitibus illuſtres, & nobiles apparere ſita & iufti non tantum coram Deo, verū & coram aliis fideliibus eniti debent, ea intētione, qua ſtatiſ dicemus, virtutis opera cōmonſtrare. Et quemadmodum autū nō quidē Domino ſuo aurum, & reliquias lutū appetat, ſed omnibus illud aſpiciētibus, puſilliſ, & magnis, ſe autem fulgidum, & pretioſum oſtēditrita perfectus vir non ſolum Deo, (quē Domini confitetur) ſed & omnibus aliis, ſue boni ſint, ſue mali, ſuam virtutē beue viuedo, & omne quod oculos aſpiciētiū offendat, cauendo, pro gloria Domini manifestat. Bernardus certe perfectorū vitā deſcribēs, eos pingit bonis ſe per operibus iſiſtentes, & bonū exēplū enixē curātes. Sancti Dei homines, quādiu fuerūt in hoc ſeculo, nō ceſſauerūt currere in bonis operib⁹, ſcilicet in ieuiuīs, in vigiliis, in eleemosynis, in castitate, in cōtinētia, in lōganimitate, in patientia, in ſuauitate, in orationibus, in perſecutionibus, in benevolētia, in fame, & siti, in frigore, & nuditate in laboribus multis pro Christi nomine. Sancti homines despēxerunt pŕſentē mundum, ut aeternū regnum acquirent, non acceperūt hic promiſſiones, vel diuitias miſerabiles huius ſeculi, quæ perducunt homines male eis v̄tētes ad tormenta inferni, ſed hanc patriā tota intentione relinquentes, ad cœleſtem Ierusalem leuauerūt oculos ſuos. Homines Sancti vitauerunt peccatū in verbo, in facto, in cogitatione, in viſu, in auditu, in motu in oculis, in manibus, in ira, in pedibus, in rixa, in furore, in diſſenſione, in vanā gloria, in ſuperbia, in elatione, in cupiditate, in gula, in ſomnolentia, in

Iob. 1.
Greg. 2.
mora. c.
2. 8.
2. Corin.
2.

Roman.
1. 2.

Bern. ſer.
16. ad fo.
n.r.m.

Can. 6.

Hebr. xii.

Galat. 6

Lucas. 12
Gre. boom
13.in
Euang.

fornicatione, in violentia, custodientes corpora sua, & animas suas, duobus modis ieiunantur, scilicet à vitiis, & actibus. bona est abstinentia ciborum, sed multò est melior abstinentia vitorum. Inde Ecclesia de suis membris, id est, de ijsdem sanctis Patribus, dicit, Manus meæ distillauerunt myrrham.] Quid per manus, nisi operationes sanctorum intelligimus, & quid per myrrham nisi mortificatio carnis, & mortificatio vitorum accipitur? Manus Ecclesiae Sancti homines sunt, bona operantes, de quibus dicitur Operati sunt iustitiam.] manus ergo Ecclesiae myrrham bonorum operum stillant, quia nobis exempli bene viuendi demonstrant, & vt vicia carnis nostra mortificemus, prædicant. Si ita Sancti vitam suam instituerunt, nos qui ad eorum sanctitatem peruenire cupimus, necesse est, ut eisdem passibus gradiamur. Hæc quippe est hominum prudentium consuetudo, ut si honorem, vel dignitatem aliquam, audiuitas, aut principum gratiam alsequi cupiūt, eam viam in eius alsequitione teneant, per quam ali breuiter, & securè candem rem adepti sunt. At vniuersi perfeciōne perfectionis dignitatem sūt alsequit, non aliter quam bonis operibus inhæredō, & virtutis exempla monstrando. Vanus ergo, & stultus est qui oppolita via incedit, & putat se mentis puritatem adepturum, dum in imperfectionibus inhæret, & suis peccatis alios scandalizat, & mali exēpli in cōgregatione odorem emitit. Certum est, quia quæ seminauerit homo, hæc & metet, quid si tu in aliis exemplo vita tua seminas corruptionē, mete non perfectionem sed corruptionem, & si seminas discordiam, & inobedientiam, gehennam colliges non vitam aeternam.

Merito verò Dominus à viris spiritualibus, & perfectionem sicutibus boni exempli lumen exquirit quoniam ex ipso homines imperfectos, & tepidos viam salutis docet, & ipsos metu iustos feruunt: virtus desiderio succedit. Sint, inquit, lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Lucernæ, teste Gregorio, opera iusta designant, quæ non extinxerat, non absconditæ, non sub nodio delitescentes, sed ardentes, & lucentes deposcuntur, ut ab omnibus videantur. Quis enim lucernam ardenter, & impositam candelabro non videat? quis ab ea ducatur suis gressibus nō accipiat? cuius oculi splendore eius non illuminentur? cuius pedes non dirigantur? Sint itaque iustorum opera tamquam lucernæ ardentes, quæ omnes videant. Videat autem ea, ut non tūtum Euangeliū prædicato, sed etiam vino, & ad proxim redacto viam salutis addiscant. Videant contemptum sæculi, quo à Deo donatus es, ut sæculum contaminant, videant tuam humilitatem, ut se deiiciant: Videant tuam castitatem ac circumspitionem, ut fœminarum cōsortia & corporis luxus, & omnem habendi occasionem fugiant: Videant tuam paupertatem, ut crumenis & pecunias se exploient: Videant denique tuam obseruantiam, ac amorem disciplinae, ut simili obseruantia, & amore se vestiant. Videant, & tune vider timeas, præfertim si iam vita spiritualis infantian excessisti, quia non facis, ut videaris, sed ut Deus in te glorificetur, & habeat seruos, qui palam illumine opere cōfiteantur, & nequaquam viam virtutis erubescant. Videant, quia sic placitum est ante Deum, qui vult suos seruos fideles agnoscere, & malorum ac tepidorum vitam eorum cōuersatione damnari. Seruire Deo, & perfectionem querere, non est mone tam adulterare, aut crimen læsa maiestatis admittere, quod debet in occulo fieri, sed est, Deo placere. Angelos lætitificare, Sanctos imitari, mun-

A dum nobilitate, impios à Dei indignatione defendere, quare debet sine vlo timore, & sine vlla cimbelacione prastari. Qui male agit, odiat lucem, & non veniat ad lucem, vt non arguantur opera eius.] at tu, qui facis veritatem, venias ad lucem, vt manifestetur opera tua, omnis in Deo sunt facta. Exc-

pe verba Bernardi, qui Gregorij testimonio sufful-
tus, causam istam, ob quam præbendum sit bonum
exemplum, manifestat. Venerabilis virgo (ait ad fo-
rem locutus) desiderio, ut luceas omnibus ancillis
Dei, quæ tecum sunt in monasterio, bene vivendo:
quia sicut ait Beatus Gregorius, qui aliis suam vitam
abscondunt, in semetipsum accensu sunt, sed aliis in
exemplum luminis non sunt. Illi vero, qui exempla
virtutum, & per vitam sanctitatis, atque per verbu-
m predictionis alii, lumen demonstrant, lampades
ardentes sunt, quia aliis viam salutis ostendunt. Et in
eandem sententiam Thomas à Campis inquit. At-
teude tibi vt quantum vales, omnibus sis causa bo-
ni exempli, vt in te clarificetur nomen, & vita Iesu
Christi. Nemo veniat ad presentiam tuā, quin audi-
ficiatus, & latus recedat à te. Tu vero retine apud
te, quod non sis dignus aliquis colloquio, sed magis
tibi proficit aliorum visus, sermo, oratio.) Ostenden-
dum est itaque in omnibus bonum exemplum, vt
omnes vita ecclæstis doctores simus, & Euangelij
doctrinam, si non verbo, at (quod efficacius est) lem-
per opere predicemus. Nec solum Dominus ex bo-

C vis exemplis peccatorum emendationem, sed etiam ipsorum iustorum mutuum feruotem, & profectum exquirit. Quia sicut carbones mutuò se accēdunt, & cūtius ac vehementius ignis naturam concipiunt, ita iusti sanctis operibus mutuò se exhortantur, mutuo se iuvant, & ad ampliorem virtutem inuitant. Ideo que illa duo Cherubim obumbrantia propitiatoriu, mutuò se respicibant, & expandebant alas suas, quia ex eo quod sancti, quos in Cherubinis illis cōsidet, adinuicem suas virtutes respiciunt, rōbur ad proficiendum, & scipios seruentius exercendum, accipiunt. Vnde Richardus ait: Solente boni virtutes suas iniucem attendere, & alter ab altero profectus pariter & humilitatis incitamenta sumere. Vnde cōtingit, vt dum iste illius patientiam, & ille illius obedientiam: iste illius charitatem, & ille illius munditiam considerat, semper alter ab altero sumat, vnde in bonum crescat. Multū enim ad studium emendationis accinguntur, quando in aliis cernunt bonum quod insī minus habent. I Solomonus quoque dicit: f

quod p. plinii. adserit. Sabiniou quoque ipsi plini
astrictu illis verbis; Si dormierint duo, sive oblitur mu-
tuu, vnuus quomodo calefiet? Illi namque simil dor-
miant, qui sub eadem professione, in pace & cōcor-
dia reuelescant: hi se mutuo fouent, & frigus teperi-
ris excutunt, dum spiritu humiliatis ducti, virtutes
quibus pollente adinuicem respiciunt. Iste alterius
(verbi gratia) orationem notās, spiritum orationis in
se promouet, & ille istius manuetudinem vidēs, cor
sum mititate & sustinentia mansuetudinem. Hoc artifi-
cium est sapientia Dei, qui bonorum exemplis bonos
ad maiorem virtutem prouehit, & malos emendat.
Quamobrem iure optimo iusti per dentes Ecclesiæ
Christi spōlæ in Canticō cantorum signantur illis
verbis: Dentes tui sicut greges tonsarū, quæ ascēde-
runt de lauacio, omnes gemelli's testibus, & steriles
nō est inter eas. Dētes sunt puritate cādidi, charita-
te coniuncti, robusti fortitudine, quorum exēplo ve-
luti quodā spirituali morsu, peccata, & defectus alio-
rum consumūtur. In quem sensum Augustinus hūc
eundē locū interpretans, ait: Horum enim auctorita-
te cōmoti, Deo per illos loquēti & operati homines
credūt, & senariati à seculo cui cōformati erāt in I-

Loy. 3.

Bern. ser.
16 ad so-
rorem.

Thomas
à Campis
lib. I. de
fidel. di-
spensat. c
13.

Exod. 2:5

Richar. in
Cant.
cap. 3.

Ecclesiasticus

Cant. 4

August. in
Psal. 3.

clefian

Matt. 21.
Lvc. 10.

1. Tim. 1.

1. Cor. 3.

106. 10.

Greg. Me-
rat. c. 35.

Apôr. 2.

Matt. 5.

sapient. 2.

clesie membra transeunt. Et ideo recte isti, per quos haec sunt, dentes dicantur, detonsis onibus similes, qui iam terrenarum curarum onera depulerunt, & ascendentes de lauacro, de sordium scutuli ablutione per Sacramentum Baptismatis, omnes geminos patientur. Operantur enim duo praecepta, de quibus dictum est, In his duobus praeceptis tota lex penderit, & Prophetæ: [Diligentes Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & proximos tamen seipso.] In quibus sterilis non est, quoniam tales fructus redundunt Deo.] Nos autem secundum Dei propositum vivamus, & bonorum operum exemplo, tum nosmetipso ad meliora sepe, & altiora prouehamus, tum alios, qui ne cum spiritu ingressi sunt, non tam oris quam vite vocibus emendemus.

Et sancti, si non aliud, saltem nostra dignitas, & nostra gloria ad praebendum bonum exemplum nosipso excitet. Quid enim dignius, quid gloriöius quam ut Dei milites, non ad capiendas vrbes, nec ad expugnanda regna terrena, sed ad conuertendas animas sancta conuersatione sumus? Quid illustrius quam ut Deo coelestes sedes implenti cooperemur, & Christum animas ad se vocantem sequamur? Quid desiderabilius, quam vita nostra omnibus testatum facere, quæ præmia bonos maneat, & quæ supplicia malos & iniquos expectent? Hac autem adipiscimur, cum exculo vita omnibus nos cognoscetibus prælucemus. Nam qui bonum exemplum aliis præbet, miles est Christi, pro eius gloria aduersus peccatores pugnat. Cuius malitia laudator est Paulus ita ad Timotheum scribens: Hoc præceptum comando tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bona militiam habens, fidem & bonam conscientiam.] Fides quippe, & bona conscientia ostensa sanctis actionibus potentissime pro Christo militat, & animas prauis moribus affuetas expugnat. Qui bonum exemplum præbet, cooperator est Christi, qui veluti eius vox, quam nullus non audit, ad virtutem vocat, & quid malum sit, quid imperfictum manifestat. De se quippe, & de aliis rectam vitam sectatisbus dicere potest Dei sumus adiutores,] quia quod Dominus Scripturis sanctis, & internis inspirationibus, & prædictoratu vocibus dicit, ipse vita, & actione suadet. Qui deniq; bonum exemplum præbet, testis est Christi, qui cōversatione sua possibilem esse Christi doctrinam affirmat, & ei non se accommodantes operibus increpat. De his testibus in persona peccatoris inquit Ioh: Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me.] Sed qui sint isti testes, & quo pacto iram Domini aduersum peccatore multiplicet, malo verbis Gregorij, quam meis sermonibus explicare. Testes Dei sunt, inquit, qui per exercitium sancti operis testantur, quæ electos secutura sunt præmia veritatis. Vnde hos quoque, quos pro veritate passos agnoscimus, Greco eloquio martyres, id est, testes vocamus. Et per Ioannem voce Angelica Dominus dicit: In diebus meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos.] Sed testes duos contra nos Dominus instaurat, cùm electorum vitam, prauitati nostræ contraria, ad arguentes nos instruendosque multiplicat. Contra nos ergo testes illius instaurantur, quia cuncta quæ agunt, studiis nostræ prauitatis aduersa sunt. Vnde & sermo veritatis aduersarius vocatur, cù mediatoris voce per Euagelium dicitur. Esto conscientiens aduersario tuo cito, dum es cù illo in via.] Atque de hoc codem Redemptore reprobi persequentes dicunt: Contrarius est operibus nostris.] Et paulo post: Dissimilis est aliis vita illius. Testes itaque suos contra nos Dominus instaurat: quia bona, quæ face-

A te ipsi negligimus, hæc ad correctionem nostram fieri ab aliis demonstravit qui præceptis non accedimus, saltem exemplis excitemur: atque in appetitu rectitudinis nihil sibi mens nostra difficile astimet, quod perfecte peragi ab aliis videt. Et fit plerique, vt cum aliena vita bona conspicimus, nostra sollicitus damna timeamus. Et eo parescat, quanto p̄d̄t pondere animaduersiōnis imp̄cimur, quo nū à bonorum moribus longè discrepamus.] Quis hanc gloriam, hancque dignitatem contemnat, qua testis constituitur sanctitatis, dum alios exemplo vita sue ad sequelam virtutis vocat? Quod si hæc dignitas contemnenda non est, semper bonum virtutis odorem sp̄remus, & libertate, aut laxitate viuendi alios offendere timeamus.

B Sed quæ intentione, & quo fine curandum est, fratres bonis exemplis adiuuare? Profecto non studio vanitatis, & opinionem virtutis apud homines querendi, & inanis gloria captandæ (hoc enim puerile est) sed ut Deum in nobismetipso magnificemus, & eius honorem & gloriam queramus. Ad quod ipse nos hortatur, dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificant patrem vestrum, qui in celis est.] Sic doctrina vestra resplendet, inquit, ut eæ sanctæ actiones approbent, & opera bona confirmant. Sic vero opera bona hominibus ostendatis, ut nō vanā laudationem ex eis, sed verā æterni patris gloriā auctoritatis. Hanc enim querentes, & Deum in vobis tamquam in speculis diuinæ virtutis magnificatis, & vobismetipso, mercedem semper duraturam, conqueritis. Ex sole itaq; & astris finē, quod tendendum est in bene operando discamus. Sicut enim sol, & luna, & astra vniuersa, quæ cœlum ornat, mortales illuminant, nō quidem ut scipia exalent, id præstat, & proprij decoris ostensione magnificent, sed ut Deo creatori seruant, & seipso apud homines eius maiestatem, & pulchritudinem præferant: Ideoque celi non suam, sed Dei gloriam enarrant, & non propriam laudem, sed opera manuum eius annunciat firmamentum.] Ita viri iusti, qui quasi sydera in Ecclesia veluti in cœlo fulgent, & peccatores veluti luce gentes, illuminant, nō humanas laudes ex bonarum operationū exemplo, sed Dei gloriā, à quo est omne datum optimum, & omne donū perfectum, l debet exquirere. Egregie profecto iustos Origines cum syderibus cōfert, ut in illis, & lumen bonorum operum, & illuminandi causam, ac finem aduertant. Sicut cœli luminaria inquit, ac sydera in firmamento cœli à Deo collocata, cunctis indeclinata, quæ sub cœlo sunt, fulgēt, atq; omnibus, quæ super terram sunt, per tempora, ac tempora, per generationes, & generationes mirabiliter reluent, alia quidem per noctem, vt luna, & stellæ, alia nihilominus per diē, vt solis speciosissimi radjicis & sanctorum virtutis insignia, atque beatissimi eorum agones, omnibus in perpetuum singulariter fulgent, omnibus in æternum bonorum formam tribuunt, omnibus sub sole pietatis exemplum ostendunt. Quod autem syderibus, atque luminariis cōparatur omnes sancti, demōstrat Apostolus, dicens: Stellæ differt à stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum.] Proculdubio sacerdotum. Sed & Angelus ad Danielē. Tunc iusti effulgebunt ut luminaria cœli, & tamquam sol & luna, & tamen stellæ in secula:] Sic itaque effulgent, atque emicat omnes sancti, non solum in tempore restitutiois, sed & nunc in tempore præsentis seculi. Alius fide fulget, vt Abraham, aliis castitate, vt Ioseph: Alius nihilominus mansuetudine, vt homo Dei Moyses. Item vero aliis cōstātia, atque tolerantia vehementi dolorum, vt ad-

Matt. 5.

Psal. 18.

Iacob. 1.

Orig. lib.
I. an. lob.

1. Cor. 15.

Dan. 12.

mirabilis Iob. Iustitia igitur amatores, Ecclesia pulcherrima luminaria, virtutis splendor fulgeant, & vita puritate resplendeat, & viuenteros virtutis suæ exemplis veluti clarissimis radiis illuminent. Nulla scandali nubes, nulla offenditio nebula eorum decorum & claritatè obsecrare: sint recti, & simplices, & sine querela viuētes apud homines, ne illos (quod ad se pertinet) illa macula prauæ opinionis obnubilet. Id autem current, ut vera cœli luminaria, non vt

A ipsimet fulgeant, non vt famam, & nomen sanctorum aucipient, sed vt se Dei seruos fideles exhibeant, & eius gloriam, & honorem apud omnes amplifcent. Sic audacter dicent cum Paulo: Neque quærentes sumus ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis.] Qui dū gloriam caducam vita sanctitate nō querunt (& quod in ipsis est) abscondi, despici, & pro nihilo haberi cupiunt, apud Dominum verā gloriā merentur, & aeternis præmis digni redduntur.

2. Thes. 3.

PARS TERTIA

De aliis documentis ad perfectionem comparandam.

MNIA, quæ in superiori tractatu dicta sunt, eò tendunt, ut religiosus sciat quid agere, & quid vitare debeat, ut sine periculo, quantum in hac vita fieri possit, per viam virtutis ac perfectionis incedat. Quia vero non sufficit, aut bonum agere, aut à malo abstinere, nisi etiam illud bene agamus, & istud circumspicere & prudenter evitemus, ideo nunc alia documenta, quæ nos modum doceant in rebus tenendum, subiicimus. Atque his obedientia, quam diuinis instinctibus debemus, principium dabit, quia ipsi non tantum operis substantiam, sed modum etiam rationemque prescrivent.

Quod religiosus diuinis inspirationibus pareat.

CAPUT XXX.

VELLEM quidem haic documento, quod modò scribere incipio, primas partes inter media generalia ad assequendam perfectionem necessaria tribuere; quod quisquis diligenter in intuitu sui cordis admiserit, & attentus vocem Domini le vocantis, inuitantis, & docentis, auscultauerit, breui tēpore magnos progressus in itinere vita spiritualis efficiet. Illud vero est Deum audire, Deo obedire, Dei monita & adhortationes accipere, & illud cuiusdam sapientis celebrissimum dictum, Sequare Deum] vita, & actione præstare. Ut autem hoc ab ipso suo principio exponamus, sciendum est, cogitationum internatum, quo animum pulsant, & ad aliquid desiderandum, vel faciendum inuitant, qualem à demone communi aduersari procedere, quasdam à corde nostro, ac à natura nostra exoriri, alias vero à Deo omnī honorum auctore generari. Cogitationes à demone suscitatae sūt, quas ad aliquid malum prouocantes, ipse turbando, & componendo phantasmatu sensuum nostrorum (habet enim ad hoc, si Deus permittat, potestatem) sensibus internis immittit, quæ intellectui præsentatae, possunt illum ad cognoscendum mouere, & voluntatem, si admittantur, inficere. De his in Psalmo legimus: Misit in eos irā indignationis suæ, & indignationem, & iram, & tribulationem: immisiones per Angelos malos.] Et Iohannes ait: Cum Diabolus iam misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotae. Cogitationes à nobis ipsis manantes sunt, quas natura nostra corrupta, & suum semper commodū querens, & illud virtuti & puritati præponens, excusat. De quibus ait Dominus: De corde exequunt

Vide D.
Tho. 1. p. q.
111. ar. 3.

Psa. 77.

Iohann. 13.

Matt. 15.

A cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes, furtu, falsa testimonia, blasphemia.] Et rursus: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et sane difficile est origines huius duplicitis cogitationis discernere, quoniam vitaque ad malum prouocant, & similes habent effectus. Vnde Bernardus ait: Quis ita vigil, & diligens obseruator motionum internarum suarum, sit in se, sic ex se factarum, ut liquidò ab quoque illicita sensu cordis sui discernat inter morbum mentis, & mortuum serpentis. Ego nulli hoc mortaliū possibile puto, nisi qui illuminatus à Spiritu sancto speciale accepit donum, quod Apostolus inter cetera charismata, quæ enumerat, nomina discretionem spiritum.] At licet ignotū sit nobis, an cogitationes ad malum incitantes, à nobis, an à Deo motane exortiantur, notum tamen & compertum est, eas omnes esse rei ciēdas eo ipso, quod ad malum instigant. Cogitationes denique à Deo procedentes sūt, quæcumque ad bonum impellunt, ad sanctitatem, & puritatem nos exitant, & mētem nostrā pace quadam cœlitus immissa tranquillat. Atque harum meminit David dicens: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebe suam.] Et eas expectabat Samuel, dum ait ad Dominum: Loqueret Domine, quia audit seruus tuus.] Et Dominus ipse à se manare nō negat, qui ait: Ego sapientia habita in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.] Neque enim Deus illas approbat, quas nō à se prodire cognosceret. Paulus quoque ait: Non quod sufficiētes sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est.] Bernardus quidem pulchre has omnes Deo cogitationes ascribit: Sunt quædam verba, inquit, Verbi sponsu ad nos, nostræ meditationes de ipso & eius gloria, elegantiæ, portentia, maiestate. Non solum autem sed & cum auida mente versamus testimonia eius, & iudicia oris eius, & in lege meditamur die ac nocte: Sciamus pro certo adeste sponsum, atque alloqui nos: vt

Matt. 9

Bern. fer.
32. in
Cant.

1. Cor. 12

Psal. 84.

1. Reg. 3.
vnu. 8:

2. Cor. 4.

Bern. fer.
32. in
Cant.

B cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes, furtu, falsa testimonia, blasphemia.] Et rursus: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et sane difficile est origines huius duplicitis cogitationis discernere, quoniam vitaque ad malum prouocant, & similes habent effectus. Vnde Bernardus ait: Quis ita vigil, & diligens obseruator motionum internarum suarum, sit in se, sic ex se factarum, ut liquidò ab quoque illicita sensu cordis sui discernat inter morbum mentis, & mortuum serpentis. Ego nulli hoc mortaliū possibile puto, nisi qui illuminatus à Spiritu sancto speciale accepit donum, quod Apostolus inter cetera charismata, quæ enumerat, nomina discretionem spiritum.] At licet ignotū sit nobis, an cogitationes ad malum incitantes, à nobis, an à Deo motane exortiantur, notum tamen & compertum est, eas omnes esse rei ciēdas eo ipso, quod ad malum instigant. Cogitationes denique à Deo procedentes sūt, quæcumque ad bonum impellunt, ad sanctitatem, & puritatem nos exitant, & mētem nostrā pace quadam cœlitus immissa tranquillat. Atque harum meminit David dicens: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebe suam.] Et eas expectabat Samuel, dum ait ad Dominum: Loqueret Domine, quia audit seruus tuus.] Et Dominus ipse à se manare nō negat, qui ait: Ego sapientia habita in consilio, & eruditis intersum cogitationibus.] Neque enim Deus illas approbat, quas nō à se prodire cognosceret. Paulus quoque ait: Non quod sufficiētes sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis, sed sufficiētia nostra ex Deo est.] Bernardus quidem pulchre has omnes Deo cogitationes ascribit: Sunt quædam verba, inquit, Verbi sponsu ad nos, nostræ meditationes de ipso & eius gloria, elegantiæ, portentia, maiestate. Non solum autem sed & cum auida mente versamus testimonia eius, & iudicia oris eius, & in lege meditamur die ac nocte: Sciamus pro certo adeste sponsum, atque alloqui nos: vt

non